



2891.1920
0

ARISSI

PRO D. GEORGIO CO
mici ab Erpach, Palatinatus Rheni Archiep
serna, Praefidi Alsatia &c. Domino
suo Clementi, Philippus Me
lanchihon. S.




VM PRO
ea admira
tione, quā
de te, Clarif
sime uir, q̄
tempore &
Lipsiæ te pri
mum uide
bā, & de re
bus grauif
simis, ut tū
forte incide
rant, cum


summa prudentia, summaq; facundia disse
rentem audiebam, concepi, singulari quodā
studio erga te accensus fuisset, iā olim equi
dem optaui, animum atq; uoluntatem hanc
meam digno atq; idoneo aliquo argumēto
tibi declarare posse. Ea enim pulcherrima
rum rerum propria quaedam uis est, ut non
solum animorum nostrorum sensus, recor
datione sui afficiant atq; oblectēt, uerum etiā
eiusmodi


EPÍST. NVNCVPAT.

eiusmodi desyderio impletos a se dimittant,
ut quātumuis procul amotus atq; sepositus
fueris, subinde tamen recurrere & ad ea quę
absunt, præsens referri, tibi uideare. Et quę
admodum in excellentibus picturis ac tabu
lis accidere nobis ipsi uidemus, ut oculi no
stri contemplando, satiari fere nunq̄ possint,
semperq; nouum aliquid spectantibus no
bis sese offerat, quod discedentes ultro allici
at, detineatq; , ita ipsa uirtus quoq; sensus at
que cogitationes nostras trahit, neq; unq̄ a
sui admiratione quiescere, longiusue recede
re permittit. Itaq; etiam sit, ut non modo ipsi
intra nos earum rerum, quarum studio atq;
amore ita tenemur, uoluptatem capere con
tenti simus, uerum etiam nescio qua ui com
puli aliis quoq; eadem illa, quibus nos affici
mur, prædicare atq; cōmendare subinde stu
deamus: ac perinde atq; unq̄to aliquo deli
buri odores nostros in obuios ac proximos
quosq; diffundimus. Proinde cū eodem mo
do erga te, Clarifs. uir, ego quoq; cōmotus
& incensus iam diu essem, cupereq; studiū
atq; affectum hunc meū etiam opere, ac ceu
manifesto aliquo signo, testatū facere, nuper
posteaq; Lucianicū in Demosthenem Enco
mium scholæ nostræ publice interpretandū
cepissem, ipsumq; libellum pro meo more
ac modo, Latīna oratione uertissem, operā









I V P P I T E R

TRAGOEDVS, DIALO-

GVS LVCIANI, QVO

DEORVM CONCILIVM

de contempta religione de-

scribitur. Gaspare Hel-

delino interprete.



HORATIVS

Vos exemplaria Græca,

Nocturna uersate manu, uersate diurna.

2892.1920

BASILIAE EXCVDEBAT

HENRICVS PETRVS.

8 852

PRVDEN-

TISS. AC SIMVL DOCTISS.

MEDICO D. ACHILLI PYR

minio Gassaro suo amico Gaspar

Heldelinus S. D.



Ittimus ad te prudentiss.
Achilles, pro ueteris ami-
citiæ iure, studiorũ nostro-
rum primitias, Iouem Tra-
gœdum Luciani quàm fe-
stiuissimum dialogum : quem his nos
diebus quantum equidem per suffura-
tum negotijs ocium licuit, utcunq; Lati-
nè reddidimus. Scit autem tua prudentia
quantulã VVittembergæ sub Philippo
Melanchtone comuni quidem nostro,
sed ut doctissimo, ita & fidelissimo præ-
ceptore, Græcanicis literis operam naua-
rim. Verum enimuero id quoq; quantu-
lumcunq; est, partim ludii literarij mini-
mè ludicrus labor, partim tricæ istæ do-
mesticæ à recto, quo cœperat, cursu ceu
catenis iniectis abstrahunt; adeò ut,
quod

quod equidē dicere erubesco, bene par-
 ta uix tueamur. Quod si in hoc studiū ge-
 nere, authores Græci, ociū, & fidelis (no-
 tum est enim *ὄφρα δὲ ἰσχυμίω*) socius con-
 tingat, fortassis ipse quoq; aliquo prodi-
 re conarer. Nunc quum *τὰ φρονιά* te deti-
 neant, fortuna dicam, an literarū nefan-
 da ista uilitas, maxima studiorum præs-
 dia librorum uidelicet copiam, temporis
 ocium, postremò ipsam animi uacuita-
 tem inuideat, fieri non potest, quin inge-
 niolo nostro, alioqui rudi, uicium & *υπερ-
 σιμὸς* quidam obnascatur. Cæterum dia-
 logum hūc hodie potissimū uertere libu-
 it, propterea quòd comitiorum ille, qui
 in ore omni populo est, dies adpetit, quē
 Ratisponam ad conueniendum Impera-
 tor edixit. Nam & hic loci Lucianus cō-
 cilium deorum arduis de rebus (de religi-
 one enim controuertitur) arduum, suo
 quodam naso depingit. Porro quàm hic
 Dialogus cum nostri temporis & mori-
 bus & hominibus nō omnino dissimili ar-
 gumento conueniat. Ego equidē meā in
 presentia nō interposuerim sententiā, sed

A 2 tui,

tui, omniūq̄ adeò, iudicij acrimoniæ in medio relinquam. Id tantū addere liber, omnibus penè retroactis sæculis Idololatriā fuisse sugillatā. Eum igitur solertis. Achilles tuæ humanitati transmittere uisum est, quòd & Græcè non mediocriter calleas, & nobis summus ab adolescentia fueris amicus, deniq̄ quòd communes nobis Musæ, atq̄ adeò cōmunis est patria, cui tua prudētia leuandis morbis, ego puerorum moribus ingenijsq̄ formandis præfecti sumus. Proinde si quid amice Doctor aut ægritudinis aut languoris in eo deprehenderit, pharmacis, qd̄ potes, expellere curabis: sin omnino *καχέειαν τίνε* aut *φοβὴν* animaduuerteris, tum Thetidí aut Veneris largire martio.

Vale ex ludo nostro, Lindaurj,

Calendis Martij.

M. D. XXXII.

C. H. L.

*Multos nostra ferunt Damides, multosq̄ Timocles
Tempora, qui turbas dantq̄ fouentq̄ graues.*

IUPPITER

TRAGOE DV S LVCIANI

SAMOSATENSIS DIA

LOGVS MIRE SALSVS.

CONCILII DEORVM

INTERLOCVTORES.

- | | |
|-----------|-------------|
| MERCVRIVS | MOMVS. |
| IUPPITER | APOLLO. |
| MINERVA | HERCVLES. |
| IVNO | HERMAGORAS. |
| VENVS | DAMIS. |
| NEPTVNVS | TIMOCLES. |
| COLOSSVS. | |



ERCVR. Quid accidit Iup-
 piter, quod tute solus ita te
 cum cogitabundus loque-
 ris? Quid pallidus, uultuq;
 philosophico inambulas?

Si quid aegritudinis, laboris ue est, mecu
 comunica, meq; adeo in consiliu adhibe.
 Caue domesticu tuum utilitatis ergo co

A 3 tem,

I V P P I T E R

tempseris. MINERVA:

Eia age Saturno sate mi pater, optime pinceps,
En genibus prouoluo tuis me, & supplice uoce
Oro luminibus glaucis Tritonia Pallas.

Eloquere, & caue corde premas, ut scire queamus
Quid cure tantum tua uiscera mordeat. Aut quid
Tot gemitus ducas? pallor quid tinxerit ora?

Ex Euripide.

IVP. Qui digna tanta clade uerba proloquar?

Haud est animi malum ullum aut perturbatio

Neq; tam tragica est acerba comploratio,

Cuius molem superi prius non sufferant.

MINER. Quod nam hoc o Phœbe nouū
genus proēmū? IVP.

O uera telluris studia, O nequissimi

Tuq; o Prometheū, quantis me adflictas malis?

MINER. Quid id est? domesticū enim in
gregem tu hæc intonas. IVP.

Quid me facis o stridor grandistrepe fulminis?

MINER. Mitte iras, nisi nos hystriionū mo
re fabulam agere posse credis. Atqui nec

dum Euripedem totū combibimus, ut te
actum fabulæ interim adiutemus. IVNO:

Ignorare adeo nos tui iltius meroris cau
sas arbitraris? IVP.

Nescis, graues alioqui fletus funderes.

IVNO

IVNO : Aegritudinis ego istius tuæ, qua
 es implicitus, caput ipsum amorem esse
 pernoui. Non eiulo tamen, huiuscemo
 di enim iniurias, quibus me subinde cō
 citas, consuetudine pro nihilo habere in
 sueui. Veri est autem simile te uel Dana
 ãn, uel Semelen, Europam ué nactum
 esse, obq̃ amoris impatientiam excruci
 ari, ac inde apud te consilium inire, quo
 modo uel in aurum aut Satyrũ aut tau
 rum abeas, perq̃ impluuium in cupitæ
 gremiũ defluas. Id uerum esse argumen
 to sunt gemitus, lacrymæ, pallor. Nec a
 liud, quàm amas. I V P. Beatam te, quæ
 negotia nostra in amore, tanq̃ leuibus
 in rebus uerti persuasum habeas. IVNO:
 Quid aliud est autem, quòd tam graui
 ter te summum Iouem discrutiat. I V P.

*Vide Oui
 dij Meta=
 morphos.*

*Extremo sunt ò Iuno res deũ loco,
 Ac, quod ferunt, in acie nouacula,
 Honorem habere num dijs necesse sit,
 Et an sacra dona ferre, terra quæ ferat.
 Sint & superũm ne negligenda numina
 Immo deos nihil esse controuertitur.*

*Querela
 omnino
 papistica.*

IVNO: Num Gigantes quosdã terra pro

A 4

duxit

duxit? Aut Titânes effractis uinculis, occupatisq; uicustodijs aduersum nos bellum redintegrant? I V P.

Confide, res inferne Dis se habent bene.

IVNO: Quid igitur tam acerbum accidit? Neq; enim te ne ob id quidem excruciatū uideo, quòd nobis Iouis loco Polus aut Aristodemus es uisus. I V P. Timocles ô Iuno stoicus ille, atq; Damis epicureus, hesterno die, nescio unde sermonem exorsi, de Prouidentia differuere. Idq; in multa probissimorum pariter ac prudentissimorum hominum præsentia Quod sanè me supra quàm dici potest exacerbauit. Atq; ibi Damis iste neq; deos esse, neq; omnino à nobis, quid apud illos agatur, constitui aut curari concionabundus prædicabat. Porrò Timocles optimus ille ceu certamine in hoc suscepto, tutari nos enixè adnitebatur. Turba uerò quum effusior irrueret, finē cōgressioni præcidit. Nunc quidē sunt digressi sed denuo componi, ac quod reliquū disceptatiōis fuerit, excutere constituerūt. Sūtq; hodie omniū animi ad audiendū suspensi

*Res et caro
do totius
negotij.*

penſi ſublimesq̄, utri uictoria contingat
 ac uter ea adepta ueriffima dixiſſe cenſea
 tur. Videtis quantum imminet pericu- *Periculū,*
 lum, quanq̄ nobis res in arcto exiſtant.
 Vt quæ unius hominis arbitrio, ſummū
 in periculum uocentur. Alterū igitur ex
 duobus ceciderit, aut noſtra omniadeſpe
 ctui neceſſariò habenda, uanaq̄ tantum
 nomina putanda ueniēt, aut priſtinus no
 bis honos redibit: ſiquidem Timocles di
 cendo uicerit. *IVNO:* Res eſt, ut uerè dicā
 longè acerbiffima, ac fanè haud immeri
 tō Tragicum tueris Iuppiter. *IVP.* Et tu
 mihi in tantis rerum noſtrarū tempeſtati
 bus, Danaēs, aut neſcio cuius Antiopes
 rationem haberi animū inducis? Quid
 autem o Mercuri Iunoq̄ & Minerua o
 ptimū factu eſſe cenſetis? Nam & uos a
 liqua parte conſilijs ueſtris adiumēto ef
 ſe decet. *MERC.* Ego quidem rem iſtam *Cōſilia cō*
 ſeria conſultatione dignam, cōcione ad *feruntur.*
 id conuocata, ad uniuerſum conciliū re
 ferendam cenſeo. *IVN.* Huic ſententiæ
 & meum calculum appono. *MINER.* At
 longè mihi alia mens eſt Iuppiter, ego

A ¶ calum

cælum totū cōmouendum minimè sua-
 ferim. Tu uerò ne agrè quidem patite il-
 lis ostende. Cæterum præstiterit efficere
 idq̄ priuatim, qui ne inferior fiat Timo-
 cles: contrà Damis ut irrisus è cōuentu
 explodatur. MERC. At qui isthęc uix regi
 dissimulari uè possunt, quando conten-
 tio illa palam philosophis agitabitur, tū
 autem tyrannidem exercere uelle uide-
 beris, nisi rem istam, tam arduam, adq̄
 rempublicam pertinentem omnibus cō-
 municaueris. IVP. Quin igit̄ concionē
 indicis, ut uniuersi adsint? MERC. Rectè
 dicis. Heus ad concionem coite superi,
 confluite omnes, ne cessetis, adeste: cele-
 brabitur super rebus maximis concio.
 IVP. Adeon'te tenuē, simplicemq̄ esse
 præconem Mercuri, ut pedestri oratiōe
 conuoces, idq̄ ad res multò difficillimas
 MER. Quo ergo maui modo Iuppiter?
 IVP. Rogas? Carminibus utendum cen-
 seo, quibus maiestati istī tuo præconio
 concilies, obtonandumq̄ grandiloquē-
 tia quzdam poëtica, quo uidelicet fre-
 quentiores coëant. MER. Pulchrè. Verū
 Iuppi

Iuppiter tute ipse uersus cude ac eos de-
 canta: ego em̄ ut minimū poëticus sum.
 Itaq; metus est, ne uersus numerū exce-
 dentes iustum, aut eodem destitutos cō-
 texens, præconiū eò magis eleuē, meq;
 ob poëticas imperitiā risui exponam,
 id quod usu uenire ipsi Apollini uideo
 quē ob quædam oracula rident. Tu aut̄
 quod facere soles, grauitate cōcionis in-
 dicta, securitatem auditoribus interclu-
 de, ut ne otium quidem ad excutiendos
 uersus suppetat. IUPPITER: Quin Ho-
 mericorum aliquid carminum tuo præ-
 conio intertexere, quibus ille nos conci-
 ere solet: nam & te meminisse consen-
 taneum est. MERCVRIVS: Haud equi-
 dem ita clarè, inq; promptu habeo, Co-
 nabor tamen.

Nemo deūm cesset, seu mas, seu fœmina, nemo
 Fluminum, in Oceani quæ se non castra tulerunt
 Deniq; Nympharum nemo, sed adeste frequentes
 Omnes, qui celebres soliti cœnare Hecatombas
 seu medij, seu postremi, seu ignobile uulgus,
 In bene odoratis quicumq; accumbitis aris
 Ad summum properate Iouem, quia contio agetur.

Cōtio indi-
 citur car-
 mine.

IUP=

*Ordo se-
sionis.*

I V P. Isti huc rectè Mercuri, Bellè præco-
nis functus es officio. Iam enim cōuolū-
tant. Proinde porrectis dextris salutatoꝝ
colloca, ut quisq; exquisita materia, aut
arte in signi maximè dignus extiterit. Pri-
mas sedes aureis dato, secundas argente-
is, deinceps eburneis, post æreis, postre-
mò lapideis: ac inter hos ipsos etiā, si qui
Phidiæ aut Alcumenis, Mironis ué, aut
Euphranoris, eiusq; generis artificū ma-
nu, fabrefacti sunt. Reliquos honore se-
dis antèeant. Cæterum uilis turba ista, ac
incondita, alicubi in angulum compulsa
taciti sedento. Concionem enim isti tan-
tum cōplent. **MERC.** Sic erit, & sedebunt
illi quidem ut cōuenit, uerū illud ego di-
scernere nequeo: nempe, an si quis aure-
us, multisq; talentis ponderans, idemq;
ignoti præcij ac quæstus extiterit, cæterū
plebeius atq; inconditus priores sedes ijs
mereri debeat, quos aut Phydias, Alcu-
menes ué ex lapidibus, uel ex ære Myrō
& Polycletes deformatū. Deniq; num
artem, ut par est, honore anteponendam
autumes. **I V P.** Artem quidem principē
tenere

tenere locum par erat, sed arte tamen preciosius est aurū. MERC. Intellego, nō optimam uis ut collocem, sed diuitiatim, nimirum habita censuum æstimationē. Procedite igitur in primas sedes uos Aurei. Adparet Iuppiter Barbaricos deos ceteris primariū locū prærepturos, Cernis equidem Dij Græcorum cuiusmodi sint. Effigie quidem ipsa gratiæ & uenustatis plurimū, artis etiam non parum præ se ferunt. Cæterum lapidei tamen omnes aut ærei aut certè qui maximè magnifici sunt eos ebore nonnihil, auroq; obductos uideas, unde color, splendorq; magis elucescat. At lignei intrinsecus ipsi, tota muscarum agmina, regnum etiam administrantia, occulunt. Ipsa uerò Bendis et Anubis ille, iuxtaq; illum Attis Mithresq; quanti quanti auro constant, ac ferè inæstimabilis sunt precij. NEPTVN. Vbinam gentium isthuc iustum, canina istum facie atq; adeò Aegyptiacum mihi Neptuno priores præripere? MERC. Est iustum o Neptune Enosigæ. Te etenim Lysippus æreum effinxit & mendicū :

rum

rum quod tum Corinthiis aurū minus
 suppetebat, at ille totis te ditior metallis
 est. Aequius igit quod propulsus es, fer
 re debes, neq̄ indignari, si is grandiores
 ex auro nares habens, sedis honore ante
 uortat. VENVS: Quin igitur & me prehē
 dens in primis sedibus locas. Sum enim
 aurea. MERC. Equidem planē perspicere
 nequeo: uerum nisi lippitudine teneor,
 Praxiteles de albo montis Penteliæ (opi
 nor) lapide primū te excidit deinde cum
 ita sibi esset uisum Venerē effinxit, Gni
 dijsq̄ te tradens uendidit. VENVS: At e
 go spectatæ fidei testem Homerū addu
 cam, qui sursum ac deorsum personans
 aureā Venerē me adpellat. MERC. At idē
 Apollinē, tum locupletē esse, tum auro
 adfluere prædicabat. At qui eundem illū
 in iugaliū equorū censu alicubi federe
 cernes, decoronatū etiā à prædonibus, q̄
 & cytharæ sinus abstulere. Proinde tu
 quoq̄ bene tecū esse actū putato, quod
 nō omnino in opificū censu contionem
 habere cōtigit. COLOSSVS: Quū nō Solē
 modo me, uerū etiā magnitudine illa fa
 cile

*Ita & no
 stri prala
 ti rixatur*

*vide Plin
 lib. 3 ca. 6*

*Solonē A
 thenas in
 4 cēsus di
 stribuisse
 Aristot. 2
 Polit. &
 Plutarch.
 in Solone
 tradunt
 quod hic
 alluditur.*

eilè conspectissimū esse palam sit, quis
 mecū cōtedere, atq; adeò cōferri sustine
 at. Quem Rhodiēses cū non usq; adeò
 immensum & grandiorē educere decre
 uissent, pari tamen sumptu deos aureos
 sedecim parauerunt. Itaq; quia exquisi
 tæ etiam artis non parum inest, & preti
 um haud dubiè in illa magnitudine ap
 paret, eò non immeritò pretiosissimus
 censerì debeo. M E R C. Quid hic factò o
 pus iudicas Iuppiter? Nam isthuc iudica
 tu difficilè uidetur. Si enim materiam spe
 ctem æreus est, sin rationem mecum ine
 am, quot sint talentis conflatus, quingē
 torum modiorum, uel certè equestrem
 censum superat. I V P. Quorsum huius
 præsentia fuit opus? turbas confessioni
 dabit. Heus Rhodiēsis optime, ut maxi
 mē precij ratiōe aureos quoq; supes quo
 tamē hic modo præsideas? Nisi omnes
 surgere uelis. Nā uel solus alterutris nati
 bus omnē ordinis locū occupaueris. Re
 ctiū ergo feceris, si inclinata panlisp in cō
 cionem mole, erectus cōsilio iuterfueris
 M E R. Ecce aut̄ aliud difficilis item iudicij

vide Plin
lib. 34 ca
pite 7.

Ambo

Ambo ære fusi, uterq; Lysippi manus, tū
quod maximū, utriq; par generis honos
uidelicet summo uterq; Ioue nati, Bac-
chus ille & Hercules, utrum priores oc-
cupare iudices. Iudica, præsentia enim
studio ambitiosè (quemadmodum cer-
nis) inter se contendunt. IVP. Tempus te-
rimus Mercuri, iam dudum cōcionari o-
portuit. Proinde nūc mixtim loces, quō
cuiq; libet. Facito. Dabit ei negotio alia
alio tempore contio. Tum ego dispexe-
ro, quem ordinem deos deinceps sequi
deceat. MERC. Verū hercle quā interrim
publicam tranquillitatē inquietant; dū
singulis diebus ob distributionē ordinis
clamant, Vbi nectar; Vbi ambrosia reli-
cta; Deniq; ubi Hecatombę cum cōmu-
nia uidelicet sint sacra. IVP. Silentium Mer-
curi impera, ut omissis istis nugis, cur
huc uocauerim omnes mecū intelligant.
MERC. At non omnes Græcā linguā
capiunt, & sum ipse non ita multarū lin-
guarū peritus, ut à Scythis, Persis, Thra-
cibus & Celtis præco intelligi queā. O-
ptimum aut factū fore crediderim, si mo-

ta manu significauero atq; in hortatis ad
 silentium tenendum fuero. I V P. Ita
 facito. M E R C. Dñi boni ipsis sophistis
 taciturniores factos uides. Itaq; tempus
 est ut dicas, iam dudum oculos in te defi-
 gunt, expectantq; quibus de rebus sis
 orationem habiturus. I V P. Equidem
 non uerebor apud te gnatum meum fa-
 teri, quid animo meo acciderit. Non te
 clàm est, quàm præsentì semper animo
 quantaq; grandiloquentia instructus in
 contionibus uersatus fuerim. M E R C.
 Memini, atq; adeò non mediocriter te
 publicè concionantem expaui. Cum pri-
 mis quando catena aurea illa, ex æthere
 demissa, terram è profundis, cumq; dijs
 mare subuecturum minitabâre. I V P.
 At in præsentia mi gnate, nescio quomo-
 do, siue ingruentium malorum mul-
 titudine, siue concionis frequentia (quã
 dijs confertam cernis) animo consterna-
 tus sum, ac subtremitisco, lingua in super-
 faucibus adligata mihi uidetur, quodq;
 omnium absurdissimum, exordium uni-
 uersæ orationis, quod eum in modum

*Apud Ho-
 merum li-
 ados nono*

B

ador

adornaram uti quàm plausibilissimum apud eos esset, memoria excidit. MERC. Omnia perdidisti Iuppiter, illi uerò (quod uides) silentium hoc tuum suspectum habent, subtimefcuntq̄, ac longè maximum quiddam sese audituros malum expectant, quòd ita diu cunctaris. I V P. Quid consulis Mercuri? Homericum illud proëmiũ apud eos decantem? MERC. Quod nam isthuc? I V P.

Auribus arrectis me audite Dijq̄; Deaq̄;

MERC. Apage satis huiusmodi proëmijs in nos, ut mea fert opinio, debachatus es Iuppiter. Verùm nisi aliter censes, omiffa uersuum molestia, è publicè habitis orationibus Demosthenis aduersus Philippum, aut si qua mauis, ex ordium confarcinato, paululum immutatis uerbis,

Oratio Iouis ad deos omnes Exordiũ ex prima Olynthia ca Demosthenis.

quemadmodum hodie bona pars rhetorum facere consueuit. I V P. Rectè, compendiarium edoces rhetoricam, leuisq̄ operæ, deniq̄ perplexis adpositam. Exordiar igitur tandem. Ego non dubito uiri immortales, maximis uos opibus anteposituros, si liquido constet, quid nam

nam illud tandem esse possit, quod tam frequentem concionem postulet. Ace, quidem quando in eo loco res nostræ sunt, par est ut dicenti mihi non inuitas aureis porrigatis. Porro quoniam præsens hoc tempus modò non ædita uoce clamitat, præsentibus nostrarum rerum malis salutem querendam esse, simul quia desides nos parum uè attentum ad nostram tuenda uideri possumus, placuit hodie (nam Demosthenes me destituit) quam luculetissimè queo, ea uobis exponere, quibus tantopere perculsus, concionem cõuocari debere existimauerim. Hæster *Narratio:*
 no quemadmodum scitis die, quum Mnesitheus seruatoria sacra, propter nauim, quæ adhuc Capharea scopulum penè naufragio perierat, seruatam fecisset, nosq; quot equidem sacris adesse Mnesitheus uoluit) in Piræo lautè accepisset, ego peractis libationibus (alijs aliò, quo sanè cuiq; uisum esset, digressis) cum sol nondum in occasum inclinaret, in urbem ascendi, quo uesperis Ceramicò inambularem, simul memoria mecum re
 B 2 putans

putans, Mnesithēi sordidam parsimoni-
am, ut qui sedecim Dijs, in cœnā unum
non amplius gallum gallinacē, eumq̃
senem admodum & iam pituitantem im-
mactarit, prætereā frustula thuris quatu-
or obtulerit, adeò marcida, ut multò car-
bone extinguerentur. Certè ne summis
quidem naribus fumum olfacere licuit.
Id eò magis mirabar, quòd is totas Heca-
tombas, quum nauis scopulis adlidue-
tur, nec dum in tutò esset, pollicebatur.
Hæc adeò cum ipse animo mecum uol-
uerē, iam ad Pœcilen usq̃ peruenerā. Ibi
uerò innumeram ego hominū turbam
confluxisse prospicio, alios quidem in
ipsa portico, alios sub dio, nonnullos uo-
ciferantes, pertinaciterq̃ in sedilibus con-
certantes audio, ratus id quod erat, con-
tentioso illo de grege philosophos esse.
Libuit ipsi quoq̃ in eos incidenti, qua
de re rixarentur animaduertere. Igitur di-
mota, qua fortè obseptus eram, densiore
nebula, ornatumq̃ illorum, ut proximè
potui, indutus, barba insuper etiā sub-
inducta, prorsus philosophum me exhi-
bui.

bui. Deniq; cubitis expansis, retroq; distortis, iter adperiens, quia ignorabar quis nam essem, irrūpo. Damidem istū perditum Epicureum atq; longè optimum Timoclea stoicū, infestissima concione cōmissos inuenio Timocles tum aqua hærebat, tum uoce ob clamorē destituebatur. Damis Sardonicè obridens Timoclea magis, magisq; irritabat. Porro omnis sermo illis de nobis erat, nāq; Damis iste execrabilis, nos neq; mortalibus prouidere, neq; quæ apud eos ageretur considerare prædicabat. Quid multis? Nihil nos, prsum esse adserebat. Nec defuere etiam, qui eum laudibus ueherent. At Timocles in rem nostram sentiens, supra q; credibile obluetabatur, & indignabundus omnibus modis nos defendebat: curam nostram super mortalium rebus laudando extollens, exponebat interim, quemadmodum in mundo singula etiam, æquabili, cōuenienti q; ordine Dī immortales tum producerent, tum gubernaculis moderarentur. Et habuit ipse quoq; suæ sententiæ laudatores.

Semina argumentorum dissertationis sophistarū.

B 3

Sed

Sed enim iam uox eius capræ in morem exilescebat, ægreq; admodum uerba facere poterat. Itaq; uniuersa multitudo inclinatis animis sententiã Damidis spectabat, At ego posteaq; Timoclis periculum animaduerti, nocte undiq; offusa conciliũ dimitti iussi. Digressi igitur disceptationi isti postridie finẽ imposituri sunt, denuo enim cõmittentur. Cæterũ turbas, dũ domũ dilabunt, obambulans aduerti Damidis animũ laudari et potiorẽ multis modis sententiã uideri. Fuere tamẽ quorũ sententiã eò inclinarẽt, ut indignũ iudicarent, causam indictam damnatũ iri, putarẽtq; expectandum, quid postero die Timocles contrã esset pronũciaturus. Hęc habui, qua propter uos cõuocaui, quæ ò Dñi haud contẽnenda sunt, si cogitaueritis omnẽ nostrũ honorem, gloriã, salutationẽq; homines esse. Quod si illi aut nullos omnino deos, aut ut maximè sint, suarũ tamen rerũ securos esse persuasionẽ induerint, nulla sacra, dona nulla, nullaq; ueneratio in posterũ ab illis nobis expectanda erunt, frustra

*Adagium
indicta
causa.*

ſtraq̄ in cælo cū fame luçtantes, feſtis in
 ſup̄ mortaliũ celebribus cõuentibus, cer
 taminiſ, ſacrificijs, puluinarijs noctur
 nis atq̄ p̄p̄is deſtituti ſedebimus, quã
 obrẽ in tãto rerũ noſtrarũ diſcrimine oẽs
 uos diſpicere aliquid oportere cẽſeo uti
 malis præſentibus ſalus quærat. Idq̄ cu
 randũ, ut uincat Timocles, & ueritati q̄
 proxima dicere uideat. Damis uerò ab
 auditoribus irriſũ eat, quamq̄ uix addu
 car ut credã Timoclis futurã uictoriã, ni
 ſi et noſtra ei ſtudia auxiliẽt. Proclama
 Mercuri ex more præconiũ, ut ſurgẽtes
 cõſilia conferãt. MER. Audi, tace, ne ob
 turba ſiquis deorũ ſummatiũ ſententiã
 dicere uelit, ei ius eſto. Quid iſthuc ne
 mon progreditur? An uos ob rogatio
 nem tam arduã percussoſ ſtupor inua
 ſit? MOM. At uos unda ſimul telluſq̄ ab
 ſorbeat omnes. Ego ſi dicendi libertas
 mihi permittatur, quæ dicam non pau
 ca habeo Iuppiter. I V P P. Fas eſto Mo
 me cum fiducia quæ libuerit dicere. Vi
 deris em̄ quod è re noſtra erit maximè li
 ber è pronun ciaturus. MOM V S: Audite
 B 4 ergo

*Ab incom
modis.*

*Epilogus
consultan
dum eſt.*

*Præcoſe
tentias ca
uocat.*

Iliados 7

ergo Dii omnes, quæ, quod aiunt, ex a
Momî ora nimo dicuntur. Ego iam dudum dubiũ
tio mor = hunc rerum nostrarum statum expecta
dax. ui, et in ea opinioẽe semper fui, cõplures
 huius generis sophistas nobis exoritur
 ros, quibus nostrapte adeo culpa tantũ
 audaciæ tribuitur: nam per fas, neq; Epi
 curo, neq; eius disciplinæ tum studiosis
 tum successoribus nos irasci conuenit,
 etiam si huiuscemodi opinionem de no
 bis concepere. Quid enim ipsos sentire
 posse credas, quum tantam rerum con
 fusionem in uita mortalium conspican
 tur? Vbi optimus quisq; negligitur, ege
 state, morbis, seruitute, cõsumitur: Con
 tra quo quicq; sunt sceleratiores, aut tur
 pitudine uitæ iusigniores, hoc & maior
 illis honor habetur, & plureis opes pos
 sident, qui & spectata uitæ hominibus,
 uiuendi rationem ex libidine prescribũt
 Cæterũ de sacrilegis nullum suppliciũ
 sumitur, sed per obliuionem elabuntur.
 Quid quod nõnuncq; innocentes etiam
 male multati in crucem aguntur? Meri
 to itaq; quũ istiusmodi cernunt, animos
 cogi

Et hæc ho
 die plerof
 q; offen =
 dunt.

cogitatio subit, deos nos prorsum nihil esse: maxime quotiens oracula in hunc modum relata accipiunt. Quod transgressus Halim magnum imperium demoliretur, neque enim adparet hostium ne, an suum ipsius imperium uelit. Et rursus: O diuina Salamis perdes e mulieribus natos, nam & Persae pariter ac Graeci e mulieribus prognati fuerunt, mea quidem sententia. Iam uero quando de hystriobus carmina ad uirgulam decantantibus audiunt, amare nos, uulneribus confici, seruire, in uincula condi, factiosum disidere, milleque alijs rebus distringi, idque beatos & immortales perhibere uolentes. Quid aliud quam dignis modis nos derideant, nostraque omnia nullo in numero ponant? Et nos interim grauius ferimus, quod homines non omnino stulti extant, qui haec redarguant, prouidentiamque nostram e medio sustollant. Bene equidem uobiscum agi existimare oportuit, quod reliqui etiam quidam sunt, qui hoc errore detenti, sacra porro nobis faciant. Ac equidem hic mihi Iuppiter (soli enim

Homerus
uide.

B

s sumus

sumus, nemoq̄ mortaliū hoc in collegio
 inest, præter Herculē, Bacchū Ganime-
 dem, & Aesculapiū, dijs immortalibus
 cooptatos) quā uerissimè potes respon-
 deas uelim: tantū ne unq̄ curæ res mor-
 talium habueris, uti discrimen exactè in-
 ter bonos & malos faceres? Atqui ist-
 huc dicere haud queas. Quod ni igitur
 Theseus Troëzene Athenas profectus
 facinorosos homines obiter in itinere,
 quantum quidem in te, tuaq̄ prouiden-
 tia fuit, ē medio sustulisset, nihil uetuit,
 quo minus Scirō Pytiocampes Certiō
 ceteriq̄ ex uia ingredientiuū latrocinio
 summis in delitijs uersati essent. Aut nisi
 Euristheus uir iustus simul ac prouidus
 tū uerò ob singularē quendā hominū a-
 morē publicè bene audiēs, domesticū il-
 lū suū tū laboris patientē, tū ad opus faci-
 nudū alacrē, Herculē uidelicet, emisisset
 parū te Iupp. hydra, Stryphalides aues,
 equi Thracenses ac Centaurorū, quę in
 nos debacchatum, iniuria permouissent
 Verū em̄ uero si quod res est, dicere licet
 ociosi sedentes unicū hoc attentius spe-
 ctamus

Vide Bo-
 cat. lib. 10

Vide Oui-
 dium.

mus, qui sacra faciat, qui uē sacros aris honores adoleat, cætera secūdo ferūtur æstu adeo ut singulis prædæ sint singula. Proinde meritò quicquid id mali est ferimus, et porrò feremus, posteaquē homines paululū capita attollere occæperint, inuestigauerintquē nihil inde ad se cōmodi redire, ut maximè sacra habeāt, aut libamina mitterāt. Posthæc uidebis, idquē breui, quod ijdem Epicurei Metridōri ac Damides partiū nostrarū studiosos, tū ludibrio habebūt tū pecudum more oppressos mactabūt. Quappter nostri officij fuerit curare quod res isthæc consopiat ac quoquē remedio leniat, quū in tēm discrimē sit adducta. Mommo sanè leue periculū uertit, si nullus ei honos tribuit, iā olim em̄ inter inhonoratiores ponor: uestra aut̄ eò magis retulerit quod beati sacris fruimini. *IVP.* Sinamus sup̄i asperū istū semp̄ et obiurgatorē Mommū suas nugas agere. Est equidem (quē admodū admiratiōe dignus Demosthen. ait) cuiuslibet in ius uocare, conqueri & carpere. Præsentem aut̄ rerū statū in melius constituere atquē adeo corrigere, id demum

*Vasre cō
filiū Mom*

demū, quod uerè dico, prudentis iuxta
 ac sapientis consilij rem esse existimaue-
 rim: id quod uos facturos ego planè uel
 isthoc etiam tacente, confido. NEPTVN.
 Neptuni
 consilium
 planè Ec-
 cianum. Quamquam ego sub undis & uerser, &
 summā ibi rerum, quemadmodum sci-
 tis, administrem, ac, quod equidem pos-
 sum, nauigantium salutē studeam, dum
 nauigia promoueo, uētosq; motos mul-
 cens compono: tamen quoniam harum
 quę hic geruntur, rerum, me quoq; cura
 remordet, Damim ego istum è pedibus
 ante quā ad litem redeat, summouendū
 censeo, siue id fulmine, siue qua alia ma-
 china confieri possit, ne superiores dicē-
 do nanciscatur: siquidem Iuppiter mira-
 eum persuadendi uehemētia ualere præ-
 dicas. Simul autem exemplum illis desi-
 gnemus, quibus modis nō à nobis tractē-
 tur, qui tales sermones aduersum nos in
 uulgus spargunt. IVP. Irasceris Neptu-
 ne, an nihil omnino meministi? Haud
 quicquam horum in nostra est potesta-
 te. Parcæ unicuiq; nendo sua fata eum
 in modum statuunt, ut alius fulmine, a-
 lius

Vitæ ius
 in Parca-
 rum pote-
 state.

lius ense, hic acuta febrī, ille tabe demo-
 riatur. Equidem si ea res penes me esset,
 an me nuper sacrilegos illos, ut ex O-
 lympijs intacti fulmine discederent, pas-
 surum fuisse arbitraris? qui duos mihi ca-
 pillos, quorum alteruter minis sex pon-
 derabat, derasere? An uerò ipse oculis
 æquioribus piscatorē illum Horiensem
 in Geresto dissimulaturus eras, qui tibi
 tridentem furto aufererat? Prætereà nō
 ira modò commoueri, acerbeq; negotij
 difficultatem ferre uidebimur. Verum
 etiam Damidis sermones expauescere,
 deniq; ob id eum amoliturum cupere iudi-
 cabimur, quod eundem Timocli præla-
 tum iri formidemus. Itaq; quid aliud fe-
 cisse censebimur, quàm indefensa cau-
 sa uicisse? NEPTVN. Atqui ego me com-
 pendiariam ad uictoriam uiam excogi-
 tasse putabam. I V P. Apage Thunnicū
 enthymema Neptune, & uehementer
 crassum, qui iudicis aduersarium è me-
 dio tollendum, quo disceptationē neu-
 tro adhuc inclinatum, nulliq; parti adiu-
 dicatam relinquens uita decederet. NE-

*Adagium**Deserta
causa.**Adagium**Thunni-
zere.*

TPVN.

P T V N. Vos igitur aliud conducibilius
 dispicite, quando quidem mea ut Thun
 nica expuncta sunt. APOLLO. Si quæ ad
 olescētibus, iisdemq; adhuc imberbibus
 ueterū cōsuetudine, & nobis publicè di
 cendi facultas permittat, haberē fortas
 sis quod haud parum ad eā de qua tanto
 pere consultatur, rem faceret. M O M V S.
 Isthæc quidē consultatio arduas res A
 pollo ducit. Itaq; nulla hic ratio etatisha
 betur, uerū omnibus hoc in cœtu dicen
 di facultas proposita est, pergratū autē
 fuerit, ut maximè in extremis laboretur
 si quæ autoritas dicendi maiorū consue
 tudine sit adolescentibus facta, anxie et
 iam quesitis argumentis differamus. Es
 etenim ipse iam multò usu exercitatus
 orator, iamq; olim pubertatis annos in
 gressus duodecim fortilegij principibus
 cōsiliū uidelicet nomine ad census esidq;
 propemodū regnante Saturno. Proinde
 exuto iuuenili animo, liberè in medium
 quæ uidentur confer nec erubescere quod
 imberbi tibi sit dicēdum cū densa iuxta
 ac producta barba tibi filius sit Aescula
 pius.

Apollo im
 berbis

plus. Præterea haud mediocriter decori tuo cōsulueris, si hodie sapiētia tua acumē q̄ euidētissimē declaraueris, nisi frustra in Helicone desedisse ac cū Musis philosophatus uideri uelis. A P O L. Non tuū Mome, sed Iouis est dicēdi ius face, re, q̄ si fecerit, haud quaq̄ alienū à musis dixerim. I V P. Dic mi gna te, pmittimus. AP. Timocles ille bonus mihi uir, deo iū q̄ immortalīū amāse esse uidef et q̄ stoico rū dogmata exquisitissimē p̄specta habeat unde et ob philosophiæ studiū plerisq̄ a dolescētibus cōmendatus haud uulgarē q̄stū reportat. Porrò p̄suadēdi arte mi rē ualet, sed priuatim, nimirū q̄ries discipulis sup aliq̄ re differit: at ubi publicē p̄pala multitudine uerba illi habēda sūt, sup modū trepidat, uoxq̄ eius, mixtū plebeiū quiddā ac barbarū sonat, adeò ut iſthoc oris animiq̄ uitio in cōuētibus risū reportet: neq̄ em̄ ordine cōtexens colligit, sed hæsitabūduſ balbutit id q̄ maxie sic affecto accidit, quū q̄ splendidissimē eloquētia specimē designare contendit. Caterum prudentia, iudicijq̄ singularis acrimonia, multis nominibus excellit,

*barbatū
habet filiū
Aesculap.*

*Timoclis
ingenium
depingi-
tur atq̄ a
deo colle-
giatorum
nostrorū.*

quemadmodum etiã ij fatentur, qui Sto-
 icorum præcepta penitius cognita tenēt
 uerū dicendo ea interpretandoq̃ imbe-
 cillitate quadam ita tum inuoluit, tum
 corrumpit, ut quid dicere uelit, nulla eui-
 dentia demonstret, sed ænigmatis simil-
 lina depromens odiosius immoratur.
 Rursum si refellēda est obiecta quæstio
 tum uerò multò fit obscurior. Inde a-
 deò accidit, ut qui id in eo non ante ani-
 maduersum habent, derideāt. Est autem
 omnino quantū ego iudico, adpertè di-
 cendum, idq̃ unum providentissimè stu-
 dio habendum, ut dicentem te, qui au-
 diunt, intelligant. MOMVS: Isthuc rectè
 dixisti Apollo, laudibus extollens ad-
 pertè qui uerba faciunt, & si idem parū
 ualde in oraculis tuis præstes, qui ad eò
 obliqua atq̃ inextricabiliter perplexa
 in mediū citra periculū proiectas, ut Py-
 thio auditores, siquidem interpretatio-
 nem uelint, planè indigeant. Age uerò
 quid super illo consulis? Quod nam re-
 medium Timoclis in dicendo imbecilli-
 tati posse adhibere iudicas? APOLLO: Pa-
 tronū

tronū ego Mome adhibendum censeo
 si qua uia ex egregijs illis aliquem nan-
 cisci liceat, qui dicendi autoritate polleat
 illiꝫ quæ animo perplexum defecerint,
 suggerat. M O M. Istiuc uerbum planè
 imberbis adolescentis ingenium arguit
 Apollo: pædagogo illum indigere atqꝫ
 adeò patrono, qui in philosophorum cō-
 uentu, Timoclis animi sensa præsens præ-
 sentibus interpretetur. Porrò Damin su-
 opte per se ingenio, nostrum uerò aliena
 etiam persona ad dicendum uti debere
 autumas, qui in aurem uidelicet susur-
 ret, quæ uidentur. Cæterùm actor uerba
 faciat, qui idem fortassis ne bene quidē
 suggesta audiens intellexerit, quæ quo-
 modo multitudini cachinnos non exci-
 tent. Frustra hæc consultamus, tu autem
 ô preclare, quum & uatem te uendites,
 & ingentem pecuniæ uim inde uenêris,
 ita ut usqꝫ ad aureos lateres sit prouectū,
 quin tuæ artis per occasionem documen-
 to exhibito uaticinarius, uter philosopharum
 dicendo uictoria potietur. Neqꝫ em̄igno-
 rare, uates cum sis, istius disceptationis

C euent

eventum potes? A P O L. Quo pacto
 isthuc præstare liceat Mome, quum neq;
 Tripas, neq; thurribulum, neq; fons ua
 ticianarius, cuiusmodi est Castalius ille,
 nobiscum pigro adsint? M O M. Vides?
 quod in arctum coactus, specimen artis
 ædere tergiueraris? I V P. Agedum gna
 te, uaticinare, caue sycophante isti oracu
 la tua, tanquam in Tripode tantum thu
 recq; & fonte posita, calumniandi, dicte
 rijsq; incessendi ausam præbeas. Quod
 quidem nisi absq; ijs, quæ memorasti, fe
 ceris, artis tuæ gloria te destituemus

A P O L. Præstiterat sanè pater hæc uel
 Delphis uel in Colophone præsentibus
 ad ea rebus necessarijs, quemadmodum
 consueuimus facere, conabor tamen ea
 rum rerum nudus atq; adedò imparatus
 uaticinari, utri uictoria contingat. Expe
 ctate uerò dum ex carmine cōpresso ora
 culo responsa reddam. M O M. Adpertū
 modo Apollo redde, ne patronum, i
 psu m q; quoq; interpretē desideret. Nō
 ouilla ne caro: et, an testudo nunc in Ly
 dia coquatur, sed scis de quibus consul
 tetur

retur. IVP. Quid nam dicturus es gnate? quando tantus pavor responsum anteuortat? Vniuersus oris color immutatur, oculi circumquaque uolutantur, capillus horribiliter turbatur, corporis motus Corybanticus & dementiæ simillimus, mysticæq; omnia adparent. APOLLO.

*Sortilegi hæc omnes audite oracula Phœbi,
Acri de rixa, modo quam seruere sophistæ
Clamosi, quos quæstio acutior armat, utrinq;
Alterno explodiunt sibilantes uerba tumultu,
Sûmaq; permiscet, quæ rostra, pauore Corymbæ
Prenderit at curuis Vultur si quando locustam
Vnguibus, Imbriferæ cornices tû ultima clagēt;
Cesura est mulis uictoria. Rursus asellus
Vibrato pullos etiam capite impete acres.*

IVP. Quid tam effusè cachinatus es Momus? at qui ne utiquam ridenda res est ante pedes. Omitte infœlix cachinnos ne risu suffoceris. MOM. Qui ego in tam claro dilucidoq; oraculo risum tenere possim? IVP. Quin igitur & nobis iam interpretaris, quid tandem isthuc sit, quod reddidit. MOM. Adpertissimè, neq; Themistocle indigebimus. Hoc autem palam

C a sibi

sibi oraculum uult: Damidem præstigiã
 torem, nos Canthelios esse asinos, atq;
 mulos, qui ei fidem habeamus, deniq; lo
 cultis meliorem esse mentem. HERCVL.
 Ego uerò mi pater, etsi inquilinus cæli
 sum, tamen non grauabor meam quoq;
 interponere sententiam. Quum congres
 si denuo disceptabunt, modo Timocles
 superior euadat, sinamus conciliũ, quod
 nostri caussa coit, procedere; sin diuer
 sum acciderit, tum ego statim ipsam por
 ticum, nisi aliter uobis uideatur, conqual
 fans Damidi iniectabo, ne sceleratus cõ
 tumelia nos adficiat. M O M. Papæ Ið pa
 pæ, agreste isthuc ac plus satis Beõticẽ
 pronunciasti, qui unius ob noxam, ta
 citos uiros, atq; in super stoam, unã cum
 ipso Marathone, Cynãgiro, Miltiadeq;
 perdenda iudices. At quo pacto illis si
 mul occidentibus, Rhetores posthac de
 clamare queant, sublata è medio, qua in
 orationibus maximẽ utuntur, illa hypo
 thesi: Cæterùm dum in terris uitam egi
 sti, ista conficere poteras, uerum ex quo
 deorum numero accensus es, sola ea in
 Parca

*Herculis
 fortissimũ
 consilium*

Parcarum potestate posita esse, haud dubie didicisti. Nos sanè imperij in illos exortes sumus. **HERCVLES.** Quando ergo leonem, hydramq; neci dedi, Parcarum ea in me potentia fuit? **I V P.** Sic est. **HER.** Et hodie si quis templū mihi dirripiendo, aut imagines euertendo, iniuriā faciat, eum ego non, nisi Parcis ante ita sit uisum, cōteram? **I V P.** Nequaquā. **HER.** Audi igitur, quod liberè dicam Iuppiter: ego rusticanus sum, & ligonem quem ligonem (quemadmodum Comicus ait) uoco. Si autem eò rerum uobis est uētum, ego honoribus hic uestris & odoribus, uictimarumq; sanguine longum ualere iussis, ad Plutonem descendam, ubi me manes nudum modo arcū tenentem, interemptorū à me monsterum memoria expauescunt. **I V P.** Euge domo adductus testis, ut proterbio dicitur seruabis igit nos, si ista Damidi garriendo suggereris. At quis nā est ille, qui tam properè ad nos percurrit? Aeneus ille: Ille pulchrè deformatus, ille undiq; obliteratus, collectoq; in nodum capil

Ex Aristophane.

lo priscus ille? Nisi me frustrantur oculi, tunc Mercuri germanus ille Orator est, qui ad Pœcilen pice oblitus, cottidie à fabris Itatuarijs instauratur. Eho quid ita curriculo ad nos peruenis fili? Num quid noui è terris adportas? HERMAGO-
 RAS: Longè maxima, quæ uel myriada curarum postulant. I V P. Eloquere igitur, an prætereà aliud etiã, quod nos late at ingruerit. HERMAGOR. Cum apud fabros ærarios modo essem (pectus scapulis coniungi cupiens, nam & thorax ridiculè corpori adfabrefactus, quia adfectata arte male attollebatur, eò annulos omnes ære formauì) turbã instar aciei incedẽtem prospicio. Et duos quosdam pallidos clamatores, sophistarumq; argutiarum strenuos propugnatores Damini &. I V P I T E R: Quiesce Hermagora optime tragicœdias mouere, scio enim quos dicas: sed illud expedi, an diu iam omnium plausu iactatum certamẽ in propinquo coierit. HERMAG. Nondum cominus cõgressi sunt, sed fundis, mutuisq; cõuitijs eminus rē gerunt

gerunt. I V P. Quid est ergo reliquum,
 dij, quo porrò faciundum, nisi ut ad pro-
 spectum inclinati, quid tandem dicant
 audiamus. Proinde Horæ, repagulum
 tollunto, dimotisq; nubibus, portæ cæli
 pandentor. Pròh Hercules quantæ tur-
 bæ audiendi studio se obuiam effude-
 runt? Timocles ille sic trepidans, ani-
 moq; turbatus parum bene mihi placet
 perdet is hodie omnia. Adparet, ut Da-
 midi se opponat, longè imparè esse. Ve-
 rù enim uero nos, quod e quidè unū ma-
 ximè possumus, taciti super eo nostri cõ-
 modi gratia precemur, ne Damis persua-
 sionū illecebris inaudiat. TIM. Quid ais
 sacrilege Damí, tuñ deos esse, et res mor-
 talium curæ habere negas? DAM. Nego.
 At tu prius responde quibus argumētis
 persuasus, deos esse adfirmes? TIMOC.
 Haud faciam, sed tu mihi responde. DA-
 MIS: Nequaquam, sed tu. IVP. Hac quid-
 dem uia noster, meliori licet & uocalio-
 riori Damidi asperam uocem comparat.
 Macte Timocles, perge blasphemijs ob-
 turbare, ita em̄ uinces. Ceterū ille tibi os
 C 4 occludens

*Sophisticã
 attẽde di
 sputationẽ
 de dijs &
 prouidẽt.*

occludens, te pisce magis mutum red-
 det. **T I M O C.** At ita me Minerua amet,
 prior tibi ego haud responderim. **D A M.**
 Quin igitur Timocles quare, malè peierā
 do facile uicisti, uerū omissis blasphemi
 is rem age. **T I M.** Rectè, dic igitur scele-
 rissime dñs curæ res mortalium esse nō
 uidentur? **D A M.** Nequaquā. **T I M O C.**
 Quid agis, casu igitur omnia illa ferun-
 tur? **D A M.** Casu. **T I M O.** Et nullius dei
 moderamine curā ue rerum summa di-
 spensatur? **D A M.** Nullius. **T I M.** Omnia
 autem sua sponte, temerarioq; arbitrio
 feruntur? **D A M.** Sua sponte. **T I M O C.** An
 uerò o uiri isthæc audientes suffertis, nō
 pestem hanc saxis obruitis? **D A M.** Cur
 homines aduersum me extimulas? Quis
 tandem es, quòd deorū nomine Timo-
 cles indignaris, quando ipsi dñj iracun-
 dè haud quaquā ferant? Siquidem ij ni-
 hil acerbum in nos statuunt, quum hæc
 audiunt, si tamen audiunt. **T I M.** Audi-
 unt, **Dami,** audiunt, & suo tempore in-
 uisentes uindicabunt. **D A M.** Quando il-
 lis ut me uisant otium suppetet, si quem
 admo-

admodum ais, tot negotijs quæ in mundo sunt innumera, dispensandis distriguntur. Vnde adeo fieri reor ut nec de te qui ita peieret, supplicium sumpserint. Ceterum ne ipse quoque dijs maledicere præter pactum cogar, haud sanè uideo, quæ alia in re expressius prouidentix specimè declarare possint, quàm si te malum male conterant. Sed enim per Oceanum fortassis ad inculpatam uitam Aethiopes profectos esse conijcio: solent enim illuc frequentius ad cœnas cōmeare, idque sæpe numero non inuitati. T I M O C. Quid ad istam à me impudentiam præterea dici possit? D A M. Illud Timocles, quod diu ego de te maximè cupiebam cognoscere, quibusnam argumētis adductus res humanas dijs curæ esse, persuasum habeas. T I M. Principio ipsa rerum series & ordo fidem fecit, sol suum illud iter perpetuò remeat, id quod à Luna quoque fieri uidemus. Horum uertuntur, plantæ nascuntur, animantia gignuntur, eaque ipsa ineffabili quadam solertia ita constituta sunt, ut & alere se & mouere, sentire,

Rerum & natura ordo deorum prouidentiam arguunt.

C S in,

ingredi, opus facere, cerdonicãq̃ exerce
 re queãt. Hæc alia q̃ id genus prouiden
 tiæ opera esse uident̃. DAM, Ipsam adeo
 quæstionẽ percellens usurpas, uerũ non
 dum edoces, nũ unũquodq̃ horũ per
 uidentia perfectẽ cõsistat: nã quod rerũ
 natura ita se habeat, ipse quoq̃ fateor, at
 qui non iccirco protinus ut credam ne
 cesse fuerit, eam prouidentia alicuius ui
 gere. Quin aliter etiã orta inuenias, quæ
 tamen ipsa nunc simili, eodemq̃ ordine
 constant. At tu rerũ illum ordinem, ne
 cessitatem adpellas. Et post hæc uideli
 cet pessimẽ te habet, si quis tuã nõ per o
 mnia assequat̃ sententiã, qua quidẽ na
 turã ut sese habeat enumerasti, pariter
 ac laudibus extulisti, inq̃ ea fuisti opi
 nione, ut putes in hoc demonstrationẽ
 positam, quod prouidentia quadam sin
 gula inter se consentiãt. Itaq̃ iuxta comi
 cũ: Laboriosum est hoc, aliud mihi refer
 T I M. Ego equidem alia prætereã demõ
 stratione haud quaquam opus esse cen
 seo, tamen aliud quærenti responde Ho
 merum poëtarũ esse optimum fateris?

DAM

DAMIS: Sanè quidem. TIMOCLES:
 At ille prouidentiam deorum common
 strans fidem fecit. DAMIS: Homerum
 equidem ô præclare, poëtam bonum ef
 se unà tecum omnes fatebuntur. Te
 stem autem stabiliendæ ueritati, quod
 ad has quidem res attinet, neque Ho
 merum, neque alium quemuis poëtam
 rectè adduxeris. Nullam enim ueri ra
 tionem ñ sequuntur, sed id unum stu
 dio habent, aures hominum ut demul
 ceant, atque eam adeò ob rem carmina
 & decantant, & fabulas ceu uiuis o
 culos positjs, exemplis erudiunt. Utq̃
 summatim dicam eò omnes ingenij ui
 reis extendunt, ut delectent. Ac sanè li
 benter inaudierim, quibus nam maxi
 mè fabulis Homerus apud te fidem e
 meruerit? Fortassis ñs quæ de Ioue nar
 rat, quo pacto filia, fraterque, uxor in
 fidiarum machinis adortum, in uincula
 conijcere tentarint, & nisi Thetis fa
 cti miserta Briareum illum accersuisset
 optimus Iuppiter abreptus uincula pate
 ret, cuius hic beneficij memor gratiãq̃
 The

Poëte de
 lectant.

- Iliade 2.* Thetidi renumerans, Agamemnona ludificatus est, uanum illi somnium immittens, quo plures Achiui occumberent. Videntur præterquã quòd ludificato rem se exhibuit, fulmine tactũ Agamemnona incendio haurire nullo modo potuit. Iam uel illis etiã figmentis adfectus ad fidem iisdem adhibẽdam pertractus es, quando inaudisti, quòd Diomedes
- Iliade 5.* Veneri uulnus inflixit. Deinde ipsi etiam Marti, instigante illum eò Minerua, non ita multo post dii simul omnes in arma ruentes mixtim mares & fœminæ singulari certamine prælium miscuerunt, ubi Pallas quidem Martẽ pugnãdo deuincit, nimirũ egrum adhuc ex uulnere quod à Diomede acceperat,
- Contra Latonam tendit Cylleuius armis.*
- Iliade 9.* Atque haud scio, an illa quoque, quæ de Diana fertuntur, similitudine uerite cœperint: quando ea uoce querula omnia cõplens, iracundè tulit, propterea quòd Oeneus ipsam conuiuij honore nõ cum reliquis dijs dignatus esset, unde irata aprum immani magnitudine pariter ac ir-
- res

resistibili robore propemodum, in agrū illius immisit. Hæc obsecro quum Homerus narrat, num fidem tibi facit? IVP. Papæ quanto fremitu ô superi multitudine acclamauit? Ad cælum Damim tollunt. At hic noster animi dubius & perplexus uidetur, tum aut formidine trepidans clypeum abiecturit, iamq̃ circumspicit qua eruptiõe facta, aufugiat. TIM. Quid autē Euripides, num & is nihil sani scriptis prodidisse censendus uidetur, quando deos ipsos in scenam producit, ut qui bonos quidem principes seruent cōtrā prauos, tuoq̃ exemplo impios, exitio tradant? DAM. Atqui ô philosophorū nobilissime, si hoc genus figmentis tragici poëtæ mentē tuā adfecerūt, ex duobus alterutrū dones necesse erit, uidelicet aut Polū Aristodemū Satyrūq̃ tua opinione tunc deos esse, aut ipsas deorum personas, cothurnos, tunicas ad pedes usq̃ productas, præterea chlamydes, manicas, quodq̃ uentri, reliquoq̃ corpori inijcitur, quorum omnium usu poëtæ maiestatem quandam & dignitatem

tem tragediæ conciliare consueuerunt.
Atqui id ego omnium maximè ridicu-
lum existimauerim, quâdoquidem p se
nullaq̃ necessitate impulsus, Euripides
quæ ad fabulam facere credit, denarrat.
Imò ipsum liberè scribentē aliqñ audies

*Carmina
Euripidis
Iouē nihil
esse.*

*Vides spaciosum & altum & immensum æthera
Humidis tenentem amplexibus hinc & hinc humū
Eum Ioueni putato, deumq̃ colito.*

Et rursus:

*Iuppiter quisquis is est Iuppiter, haud enim scio, nisi
Quod sermone adcepi.*

Et id genus. TIM. Vniuersi igitur atq̃ a
deò omnes gentes falsa opinione dece-
pti sunt, qui deos esse credidère & sacris
solēnibus celeberrimè psecuti sunt. DA.
Benefactū Timocles, quòd me singula-
rum religionis nationum, eaq̃ de re sen-
tentiarum cōmonefecisti: inde adeò ma-
ximè intelligas, nihil firmi habere, eam

*Varia gē- quæ de dijs fertur, existimationē. Multa
tiū religio hic confusio, & aliq̃ aliter sentiūt. Scythæ
sicut etmo nancq̃ acinace gladio sacra faciūt, Thra-
zachorū ces Zamolxidi seruo ex Samo transfu-
hodie. gæ, Phryges Lunæ, Aethiopes diei, Cyl-
lenij*

lenij Phaleti, Assyrij columbx, Persæ igni, Aegyptiæ aqua. Estq; aquæ religio Aegyptiacis omnibus communis, ceterum priuatim bos Memphitis deus est, Pelusiôtis allium, denique alijs ibis, aut Crocodylus, alijs caninum caput, aut cattus, aut simius. Porrò in castellis alijs dexter, alijs ijsque ex aduerso habitantibus sinister humerus, dei loco colitur. Rursum his pars incisi capitis, illis testaceum poculum, aut etiam catinus. Quis isthæc nō effusè derideat bone Timocles? M O M V S: Prædixi ego superi cuncta propalam proferri pariter, ac diligenter pensitari? I V P. Prædixisti Mome & meritò nos in culpam uocasti. Dabo aut operã, ut ista corrigens in integrũ restituã, modo hoc, quod instat malum defunctũ sit. T I M. At tu ò dñs infeste, oraculafuturorũq; prænunciatiõescuius opus esse censes, deorũ ne, an horũ pudentiæ? D A M. Omitte mentionẽ oraculorũ qn te quesiero, et quorũ oraculis mentionẽ potissimũ fieri libet, eius ne q Pythius Lydo cecinit, qd quidẽ ex cõposito incertis respõ

Oracula
Apollinis
examinan-
tur.

respōsis implicitū, ac biforme fuit, cuius
modi quædam Mercuriales sunt statuæ
duplices uidelicet, & in utram partē uer-
tas, undiq; sibiſſis respondentes, an po-
tius Cræſus transgreſſus Halym, ſuum
ipſius, an Cyri perditum eat regnum.
Atqui nō paucis talentis Sardianus ille
ſceleratus ambidextrū iſthuc oraculum
emerat. M O M. Ipſa adeò homo hic orati-
one cōmemorat, quæ formidaram. Vbi
nunc nobis pulcher cytharædus, quin
descendis, ac iſta confutando nos illi ex-
purgas? I V P. Occidis nos Mome in tem-
peſtiua illa tua obiurgatiōe. T I M. Vide
qd' facinus inceptes peſtifer Dami, qui
ſimulacra pariter ac aras deorū immor-
talium tantū non dicendo euertis. DAM.
Non omneis aras Timocles. Quid autē
adeò magnum ab illis fit, ſi ſuffumigati-
onibus odoribusq; redolentibus confer-
tæ ſunt? Nam in Thaurica regione aras
illas Scythicæ uidelicet Dianæ gradibus
ſuis in præceps emoras, haud ſine uolu-
ptate ſpectaui, in quibus tamē uirgo illa
lautis ſacrificijs accepta nō mediocriter
gaudebat.

gandebat. I V P. Illud malum inexpugnabile incumbit, ut nulli deorū homo iste parcit. Sed explaustro liberè loquitur, quemq̄ ordine perstringens, fontē pariter, culpaq̄ uacantem. M O M. Atqui Iuppiter haud sanè ita inter nos multos qui extra uoxiam sint, inuenias. Et fortassis homo hic, si quidem ita pergere animus est, summatiū etiā aliquos taxabit.

T I M. Nō ipsum Iouē tonitrus ædentē ō deorum expugnator Dami audis. DAM.

Qui tonitrus præterire auribus queam Timocles. An aut̄ is qui tonitruat Iuppiter sit, id ipse melius nosti: nimirum è familia deorum alicunde profectus. Verū enim uero, qui ex Creta huc commigrāt, longè aliter nobis referunt: monumentū uidelicet quoddam illic ostendi, columnamq̄ inibi erectam etiam nū stare, quæ arguunt nō porrò tonitrua Iouem facturum: utpote iam olim uita defunctum.

M O M. Hoc ego multò antè dicturum Damidem sciebā: Quid Iuppiter nobis expalluisti. quid dentes tremore cōplo dis. Fortem animum habere oportet, ac

D istiusmo

istiusmodi modi homunciones contem-
 nere I V P. Quid ais Mome, contem-
 nere? Non audientiū multitudinem ad-
 uersum nos persuasionem induisse con-
 spicis? quòdç Damis eos iniectis in o-
 mnium aureis catemundum abducatur
 MOM. At tu Iuppiter, si modo uelis, cate-
 na aurea illa demissa uniuersoseos traxe-
 ris ipsa cum tellure fretòç. T I M. Dic mi-
 hi sceleste, num aliquando nauigaueris?
 DAM. Sæpius ac numero: T I M. Ventus
 igitur secundus incidens, uelaç disten-
 dens, an remigantes uos ferebãt tanquif-
 piam nauclerus gubernabat seruabatç?
 DAM. Maximè. T I M. At interim, quum
 nauis sine gubernatore non promoueat
 tu eam absç duce & moderatore ferri
 existimes? DAM. Euge Timocles, prudẽ-
 ter hæc quidem, solidoç usus exemplo
 pronuncias: sed enim deorum amantif-
 sime, non est dubium, quin aliquando
 talem gubernatorem sis conspicatus, ut
 semper, inç tempore apud se cogitet, qd
 sibi ex usu fore putet: quiç eadem nau-
 tis imperet: denicç qui curet, ne quid inu-
 tilis

tilis sumptus aut nulla ratione commo-
 dum nauis uehat. Tuus uerò ille guber-
 nator, quem magnæ nauis præfeci dignū
 iudicas, unâ cū ijs, qui in nauis sunt, nul-
 la solertia, nullaq̄ cum dignitate rem ge-
 rit: sed rudens (ut exempli causa rem no-
 tem) in puppim extenditur, utriq̄ pedes
 in prorā. Ancoræ alicubi aureæ quidem
 uerum reliqua pars nauis plumbea est.
 Porrò inferiora nauigij loca, sunt equi-
 dem uariegatim depicta. Cæterū superi-
 ora tetra omnino & informia adparent.
 Adhęc nautarū aliū cernas ociosum, &
 inertem parūq̄ promptè ad rem nauticā
 audaciæ: nimirū bipertē & tripertē. Por-
 rò alium in fundum usq̄ impigrè urinā
 tem, denatantē ue uideas, ac mox in an-
 tennarū apicem subsilentē, leui deniq̄
 opera, qd maximè cōferat, deprehendē-
 tem. Soli autē nauis præfecto labor exāt-
 landus est. Cōsimili more & in transtris
 res gerit, ubi mastigia primas proximè
 gubernatorē sedes habet, castigat ac cor-
 rigit, ac cynædus quilibet, parricidaq̄ et
 sacrilegus summos honores, summos

in nauī locos cum dignitate possident. Cæterum boni aut ciuiles uiri, plerique omnes, in angulo scaphæ angustia loci premuntur, atque adeò (quod equidem uerè dico) à deterioribus pessundantur. Veniat in mentem quomodo Socrates Aristides ipsusq; Phociō nauigarint quibus ne farina quidem ad necessitatē suppetebat, nec licebat in nuda tabulamēta ad senti nā pedes porrigere. Quāta uerò contrā uoluptate Callias, Midias & Sardanapalus: qui in illos etiam despue rūt. Huiuscemodi in tua nauī sapientiss. Timocles ppetrant, quapropter & mille fiunt naufragia. Quod si gubernator quispiā præsens cōtemplatus est, ac singula administrat, primū ne potuit quidem ignorasse, qui uel probi uel prauī in nauī extitissent: alioqui singulis prodignitate, quæ cōuenissent, dispensasset utiq;: Meliorē locū supernè melioribus, idq; aptud se, inferiorē deterioribus cōcessisset. Deniq; inculpatę uitę homines, tū cōuiuio, tum cōsilio adhibuisset. Iā nauitarum, si quis strenuus, & proræ admini stratiōe

stratione idoneus extitisset, eū non cum
 ratiōe modo præesse, uerū principis etiā
 loco obseruari debere reliquis declaras-
 set. Econtrā ignauū, pigrūq̄, ut fune sin-
 gulis diebus in caput plagas acciperet,
 tradidisset. Itaq̄ ō admirande tuū de na-
 uigio exemplum, ignauū gubernatorē
 sortitū, cū periculo est circunactū. MOM.
 Res Damidi secūdo flumine p̄cedit, &
 plenissimo uelo ad uictoriā fertur. IV P.
 Rectē cōiectas Mome: nā Timocles ni-
 hil solidum iudicio depromit, sed tantū
 ista cōmunia, alia super alia, eaq̄ facilis
 confutatiōis, cotidie cū anxio labore ad
 ducit. TIM. Nauis igit̄ exemplū, quādo
 parū ualere autumas, audi sacrā, quod
 aiūt ancorā, quā nulla machina abrūpe-
 re queas. IV P. Quid tandē p̄feret. TIM.
 Cernes em̄ an hęc quoq̄ rectē cohærēti
 syllogismo colligā, & si qua ingenij o-
 pe refellere possis:

Adagum

Si enim aræ sunt, & Dij sunt,

Atqui aræ sunt, igitur & Dij sunt.

Quid ad hęc respondes? DAM. Vbi ad sa-
 tietatē risero, respondebo. MIT. At tu rī-

*En syllo-
 gismum
 Fabri.*

D 5 su

su hodie desistere neutiq̄ posse uideris.
 Dic nihilo secius tamē, cur tanto risu no-
 stra prosequenda putes? DAM. Quia nō
 animaduertis quod ancorā tenui pendē-
 tem filo arripuisti, eāq̄ sacrā. Quod em̄
 deos esse, quia stent aræ, ratiocinaris, gra-
 uem inde facturū te impetū speras. Pro-
 inde quoniā ipse fateris, præter illud ni-
 hil esse qđ sacrū magis dicas, abeamus.
 TIM. Victoriā ergo prior discedēs cōce-
 dis? DAM. Etiā Timocles: tu em̄ nos quē
 admodū qui uim patiūtur, ad aras cōfu-
 gere adigis. Itaq̄ per ancorā illam sacrā
 sentētia est, me in aris illis sacra facturū
 tuo nomine, quod in posterū egonunq̄
 de ijs rebus tecū rixari uelim. TIM. Cauil-
 lis nos incessis sepulchrorū effossor pro-
 phane, despuende, uerbero, excrementū
 Pater tuus ignorat, matrem stupro cor-
 poris sumptus tolerauit, fratrem tuū oc-
 cidisti, adulerium cōmittis, adulescentu-
 los mollissimē, impudētissimeq̄ constu-
 pras. Ne fuge, donec à plagis acceptus
 dimittaris: iam enim sceleratō tibi mo-
 dis omnibus testa illa uulnera infligam.

Conuitia
 epilogi ui-
 ce.

IVP. Hic quidem ridens, superi, discedit
 Timocles conuictis increpitans strenue
 sectatur, haud quaquam Damis ferens,
 qui eum ludos deliciasque facit: immo ca-
 put eius tegula comminuere uelle uidetur
 Nos autem quid hoc rerum statu agimus
 MERCVRIVS. Recte id comicum dix-
 xisse iudico:

Nihil graue passus. si non te ostentas pati.

Quid enim adeo acerbi est mali, si pauca-
 li homines hac persuasione inducti dis-
 cedunt? Multi supersunt, qui contrariam
 sententiam agnoscunt. Graecorum maior
 pars, maxima populi, postremo infima
 plebs, atque adeo Barbari omnes. IVP. Ve-
 rum isthuc haud paulo rectius obseruandum
 esse uidetur, quod scite admodum
 Darius temporibus Zopyri pronuncia-
 uit. Proinde ipse quoque unum talem pro-
 pugnatorem et belli socium, qualis Da-
 mis habere malim, quam ui capere decem
 mille Babylonas. F I N I S.

*Adagium
 Zopyri
 talenta.*


A. P. G. L.


*Quas tenet hic rixas Damis impius atque Timocles
 Has nostra haec miris secula tulere modis.*



BASILEAE EXCVDEBAT
HENRICVS PETRVS,
MENSE AVGV-
STO, ANNO

M.D.XXXII.





Konserwacja dokonana w r. 1953
przez Piotra Karowskiego
Inteligatora Biblioteki Miejskiej

B 847 - B 855

